



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus  
Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua  
distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

8. De nimijs occupationibus, quinta causa culpabili distractionum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

Quoque alijs in nobis displicere; otiosos  
**Eccles. 19** & contemptibiles nos reddere. Sagittae  
**¶ 2.** infixa femori carnis ( ait Sapiens ) sic verbum in ore stulti.

Sagittae sunt verba impudentium. Sæpe qui feriunt carnes sunt, quæ & mordere te, & allatrare possunt. In femoribus dicuntur, ob honoris sui iacturam illatamq; iniuriam, præsertim in nervo, a puncto incontinentia.

8. Deinde erubescamus faciem omnipotentis Dei, qui meritò, cum ad orandum accedimus, videns conscientias nostras his maculis fædatis, reprobrare potest nobis a cùs nostram scurrilitatem, & nos à se confusos propellere.

### SECTIO OCTAVA.

*De nimis occupationibus, quinta causa culpabilium distractionum.*

**Occupatio-** 1. **F**ugientes otium, ex opposito noci-  
**nionum** nulli dū vitant charybdin, incidenti  
**detrimente** scylla: & se occupationibus immurguntur.  
**¶ 2.** delectantur atq; involvuntur: & licet no-  
fine inquietudine & sanitatis, imo salutis de-  
trimento; malunt tamen servi esse, ac ma-  
cipia rerum & occupationum, quam libe-  
tate qua frui possunt, gaudere. Miseri mo-  
tales, qui miseriā amant, & felicitati am-  
ponunt.

**¶ 2. Occupatio-**

2. Occupationum autem aliæ turpes aut pe- *Ocupatio*  
 ricolosæ ; aliæ temporales & corporales ; aliæ *onū* aliæ  
 honestæ & spirituales. Cūm verò omnis oc- *turpes*  
 cupatio immoderata orantis quieti præiudi- *aut per-*  
 cat ; tū turpis sanè prorsus evertit. Parūm *culosæ*  
 apti ad orandum iniusti negotiatores, auariq;  
 & qui lusu lucrum quærant, & pociis sese  
 ingurgitant. His sati vicini sunt ij qui vt la-  
 borem fugiant, militiae & sceleribus adiunctis  
 dant nomina , animumque. Hos sequuntur  
 qui negotijs sese implicant, quę parūm cum  
 orationis exercitio commecij habent. Nego-  
 tiatores enim etiam non iniusti , səpè quæ  
 salutis sunt negligunt, raro verbum Dei au-  
 diunt, post graves lapsus difficulter resurgūt;  
 finis sui, & Creatoris səpè sunt immemores.  
 Sunt & alij qui officia ac ministeria obeunt  
 in quibus sine peccato, vel suo, vel alieno ver-  
 sari haudquam possunt, quales caupones,  
 militum duces, palatini qui principum au-  
 ribus serviunt, & similes. De his Salomon.  
 Dua, inquit, species difficiles & periculosa mihi  
 apparuerunt : Difficile exuitur negotians & negli- *Ecele. 26*  
 gentia, & non iustificabitur caupo & peccatis labi- *28,*  
 orum.

Nulla, fides pietasq; viris, qui castra sequuntur,

Et exeat aula qui volet esse pius.

Arsenio Arcadij & Honorij Imperatorū pe-  
 dagogo, vox cēlo delapsa insonuit. Arseni,  
 culam fuge si salvari vis. Graves enim in hilce

G 4      occurruit

VI

416

occurrunt occasiones persepe, quibus obfisti vix, & ne vix quidem sine peccato potest.

**Tempo-** 3. Temporanearum occupationum aliae  
**rales.** necessariae, aliae utiles, aliae superfluae. Neces-  
**Harum** sariæ sunt, quibus vitam ac familiam suspen-  
**aliquæ** tamus. Ex quoque quæ nobis ex officio incu-  
bunt, quæque omitti non possunt sine violati-  
one officij, necessariae reputantur.

**I.**  
**Neces-**  
**riæ.**

4. Utiles sunt ambulationes, conversati-  
ones honestæ, cōtractus, mercimonia, exer-  
citium artium mechanicarum in bonum fa-  
miliae aut reipublicæ adhibita moderatione.  
Vtique tamen ad salutem nihil prossunt; nisi  
cum virtute coniungantur, ut si ad Dei ho-  
norem, ad caritatem proximo impendenda,  
ad finem alicuius virtutis supernaturalis re-  
ferantur. S. Paula pauperum pedes lavabat,  
eis opitulabatur & maximè infirmis quo in  
genere Sanctorum quam plurimi fere exer-  
cuerunt.

**3.** 5. Superfluae sunt quæ solùm ad lucrum &  
**Superflua** splendorem vanum adhibentur, ut qui sumptuosa ædificia, hortos, fontes, vivaria insi-

**I.**  
**Sacul-**  
**yum.**

nitis sumptibus ad oblectationem tantum  
excitant. Hæc omnia nihil promovent ora-  
tionis negotium, obsunt verò quam maxime  
atque adeò periculosas esse huiusmodi occu-  
pationes Christi Domini excellens illa para-  
bola declarat; vocati namque ad coenam regni

**18.**  
**celestis**

caelestis, caperunt simul omnes se se excusare; primus quidem quod villam emerit; alius quod juga boum emerit quinque: deniq; tertius quod vxorem duxerit, & ideo non possit venire. Ad haec homines facile impelluntur specie utilitatis & commodorū. Vt nam infinita exempla non suppeterent.

6. His accedunt occupationes, quas viri spirituales, & religiosi in curandis augendisq; rebus temporalibus ( quibus longe magis incumbunt, quam Deo ) sibi usurpare solent. Nihil praeclarum actum quod eorum manibus, ac iudicio perfectum non sit. Fit quidem subinde, ut fidis hominibus careant, quibus Religiosi res credant. Si tamen onus partiri possint, rum in expedit sanè curam suæ salutis ac perfecti- probatur onis, temporalibus negotijs, ac opibus quæ pereunt, anteferre. Quid enim prodest homini, Matth. si universum mundum lucretur, animæ verò suæ de- 16.26. trimentum patiatur? aut quam dabit homo com- 1. Timo mutationem pro anima sua? Corporalis exercita- 4.8. tio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia Gen.8.1 utilis est. Corvus ex arca emissus ad arcam non redijt: redijt columba virentis olivæ ramum in ore referens. Malè sibi consulunt, qui ex tabernaculo Domini, seu arca suæ cōscientię egressi, per mundi huius ac negotiorum fluctus effundunt se se, nunquā aut raro ad tabernaculum Domini revertentes. Hi limirum saepè absorbentur ab aquis diluvij,

**G S** **Spiritumq;**

NVI

416

spiritumq; in primis, & fortè temporalia omnia amittunt, feroq; lamentantur miseria, & calamitates, quas curâ, & solicitudinibus suis mercati sunt. Ad arcam sæpe regrediendum cum columba: & egressi pacem conscientia, ac animi tranquillitatem nobiscum ferre memores, extremis tantum pedibus aquas negotiaq; huius mundi attingamus; non mengamus animos nostros, nosq; magis amicis, proximisq; ac rebus gerendis commodemus, quam dedamus; mutuemus quā largiamur.

3. 7. Spiritualium occupationum aliæ ad ingeniūm tantum pertinent, aliæ ad pietatem: & les quæ hæ quidem vel moderate suscipiuntur, vel dam. immoderatè. Spirituales occupationes qua-

1. è naturæ fontibus oriuntur, sunt quæ ab artibus profluunt; quales perspectiva, mathematica, arithmeticæ, philosophia, & multazinentes. aliæ scientiarum speculativarum, quæ totam homini-

1. mentem occupant. sibiq; vendicant. Hæ esti-  
ut scien- instrumentum quo spiritualia tractamus, ex-  
tia specu poliant, atq; exerceant ad functiones inter-  
lativa. nas clarius eliciendas; pietati tamen vehe-

2. menter obsunt, si sine modo usurpentur: nec  
Etiam hæ solæ, sed & studia rerum divinarum, que  
sacra su- tantummodo ad scientiam acquirendâ allu-  
binde orâ muntur. Est enim intellectus prima animi  
ti obsunt nostri ianua, nihilq; in animum invehitur,  
Apta si- quod non ab eo discutiatur, qui si sibi cuncta  
militudo. retineat, nec ad arcem primariam homini  
interni

interni, quæ voluntas est, quicquam transmittat, ieiunius animus remanebit, & egestate cōficietur, ut in civitatibus fieri videamus, ubi à ianitoribus, res quæ importantur, retinentur.

8. Occupationes spirituales ex censeri possunt quæ ad salutem propriam ac proximi, aut certè ad Dei optimi gloriæ spectant, et si corporis utamur ministerio; quales sunt ex quæ spirituæ ex vi spiritus cōcepti promanat, ut cōcionales occūsi, cōfessiones audire, ignorātes erudire, pec-<sup>2.</sup> pationes catores ad meliorē frugē reducere, atq; alia ad salutē opera misericordiæ, quæ spiritualia vocantur, pertinen-  
t. His nō absimiles sunt omnes virtutum func-  
tiones, imò & rerum indifferentiū, si modò  
ad finem supernaturalem referantur. A spi-  
ritu enim Dei hæc procedunt, à quo res spi-  
rituales nomen meritò fortuantur.

9. Huiusmodi officia spiritualia & multò  
magis reliqua iam explicata, si immoderatè  
suscipiantur, orantis animum affligunt, sen-  
sumq; pietatis atq; attentionis exsugunt. Ac-  
cedit internum hominem ab instrumento, immode-  
corpore nempe infirmo, in functionibus suis rata no-  
dependere: quod si corpus imbecille plūs cent.  
exquo fatigetur, & eius vires tanquam acies  
retundātur, obtusiores fore eius operationes;  
& asinus tandem sub onere faticet, nec fa-  
cile erigi ac roborari, magno sanè spiritus  
detrimento poterit.

10. Inter alias verò immoderationis partes

cura

NVI  
416

1.

2.

cura & solicitude nimia aut rerum temporaliū, aut anxietas ea munia explendi, quā superioribus iniunguntur, in postremis nō

**Philip. 4.** sunt reponendē. Hinc Apostolus nihil, ait, sol-

**6.** citi sitis, sed in omni oratione & obsecratione peti-

**I. Pet.** tiones vestræ innotescant apud Deū. B. item Petrus

**5.7.** nos monet omnem solitudinem projicia-

mus in eum, quoniam ipsi est cura de nobis. Pro

virili ea quæ nobis incumbunt, si perfici-

mus, nihil à nobis exiget Dominus aliud: nec

prudenter superiores exigere possunt. Ex-

pedit quoq; nobis persuadeamus, nos esse

servos inutiles, parūm ad magna idoneos, &

in gazophilacium duo minuta tantūm posse

reponere. Cetera si Deo cōmittamus, benē,

**Psel. 54.** quieteq; nobis eveniēt. Ita nobis suadet Rex

**23.** Sāctus. Iacta super Dominum curam tuam, & ipso

te enuiriet, & non dabit in aeternum fluctuationem

īusto. Et hæc quidem de occupationibus co-

rumq; remedij dicta, sufficient.

## SECTIO NONA.

De distractionibus tertij generis, quæ dispensationes  
divina proveniunt.

**Distractio-** **1.** **H**actenus discussimus, quæ, & quales  
**etiones di-** distractiones animi à naturę defectu;  
**vina pro-** quæ ex vīto nostro promanant. Tertia cau-  
**sidentia sa-** inuestiganda iam venit. Cūm, enim  
**Dominus**